

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Prelacio ch  
cum uariis

Fili hominis speculatorem dedi te domui Israhel. Si impio locutus non fueris ut se ab impietate sua custodiat, et ille perierit sanguinem eius de manu tua requiram; hoc est dicere, si ei peccata sua non annunciaueris ut ab impietate sua conuertatur et uiuat, te qui non increpasti et ipsum qui te tacente peccauit flammis perhennibus perdam. Rogo quis tam saxei pectoris, tam ferreus erit quem sententia ista non terreat? Quis tam alienus a fide qui isti sentencie non credat? Quis ad hec non contremiscat? Quis ista sine intollerabili metu future examinacionis accipiat nisi qui hec non intelligit aut futura non credit?

Prosper ibidem.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

flammis] uis *add.* (*del. intra*) M; perhennibus] perempnibus (*cor. ad* perhempnibus) M, pereuntibus L<sup>2</sup>; saxei] se (*cor. intra*) C; pectoris] et *add.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; isti] iste P V<sup>1</sup>; credat] credatur P V<sup>1</sup>; contremiscat] intremiscat B M